



## Formulare instrumento[rum]

Köln, 28. Januar 1502

Prouisio facta sub executore [de] p[ar]rochi. ec. accepta vigore gr[ati]e  
expecta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70749](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70749)

## Folium CXLVI.

De processibus unionū vide sub processibus annexionū

### De provisione

¶ Provisio facta sub exequutore de parochiali ecclesia accepta vigore gratie expectatiue

In nomine dñi amen etc. Constitutus venerabilis vir dñs. **N.** diocesis. **N.** diocesis. **N.** ad presens per obitum quondam. **N.** ipsius ecclesie dum viueret rector extra Romanam curiam defuncti vacanti ipsamque parochialem ecclesiam cuiuscunque gratie expectatiue sibi per prefatum dominum nostrum papam et processum inde sequitos vigore coram notario publico et testibus infra scriptis infra tempus legitimum acceptauisse prout per quoddam publicam acceptationis instrumentum ecclesie predictae manu. **N.** publici etc. notarii signatum et subscriptum constare docuit. quod quidem publicum acceptationis instrumentum venerabili viro dño. **N.** presbytero canonico ecclesie predictae. et eidem. **N.** canonico presentem quem in subexequutore dicte gratie vigore clausule generalis Ceterum in processibus predictis presentis eligebat petijt et requisit quatenus ecclesiam predictam sic ut premissis vacantem et acceptatam ac sub dicta gratia sua cadentem et eorum premissam sibi perferre et assignare. ac de ea sibi prouidere vellet et dignaretur sollicitis obedire dictae parochiali ecclesiam sic ut premissis vacantem et acceptatam eidem dño. **N.** cum omnibus iuribus et pertinentiis suis prouideret et assignaret. ac per dictarum litterarum apostolicarum traditionem sibi prouideret de eadem cum protestationibus in talibus fieri solitis et prouentis. et in alijs necessarijs oportunitatis. De et super quibus omnibus etc.

¶ Per premissa facies alias provisiones. et vide supra in acceptatione et provisione simul.

¶ Provisio de prioratu ordinis sancti Benedicti

Universis et singulis presentes litteras inspecturis subditis nostris. **Jo.** permissione diuina humilis abbas monasterij. **S.** Vincentij extra muros Valentiniensis ordinis sancti Benedicti. notum facimus presentibus quod ad notitiam nostram peruenit quod prioratus noster de monte acuto Valentiniensis diocesis. quem quondam. **N.** dicti prioratus prior dum viueret obtinebat per ipsum. **N.** obitum nuper vita functi vacabat prioratum ipsum sic vacantem et ad collationem nostram pertinentem. et a prefato monasterio dependens cum ad abbacem dicti monasterij per tempore existentem dicti prioratus collatio provisione et omnimoda dispositio pertineat cum omnibus iuribus et pertinentiis suis venerabili fratri nostro. **N.** monacho nostro et expressis. professo alibi et idoneo ad hoc. et in presbyteratus ordine constituto auctoritate nostra prouiderimus et assignauimus. et tenore presentium premissis et assignamus. et prouidemus etiam de eodem. ac ipsum. **N.** coram nobis constitutum in corporalem possessionem prioratus iuribus et pertinentiis predictorum per anulum nostri in suis manibus traditionem in